Carmen Aschae

Arabice et Suethice,

quod

Cons. Ampliss. Facult. Philosoph. Lundens.

modeste proponunt

MAGNUS FREDERICUS BRAG,
Phil. Mag.

et

FREDERICUS THORELIUS,
Vermlandus.

In Academia Carolina die XXI Dec. MDCCCXLII.

P. I.

LUNDÆ,
TYPIS BERLINGIANIS,
MDCCCXLII.

I.

Reddituris nobis vernacula Cl. Aschæ poema, quod inscribitur قصيدة الاعشى ميمون بن قيس nonnulla de vita insignis poetæ præmittere tanto minus alienum visum est, quanto rariores carioresque, saltem apud nos, libri illi, in quibus ea memoriæ produntur *a*). Vixit igitur Ascha tempore Mohammedis, Islamiticæ sectæ auctoris, ætate quidem major, sed quantum, satis non liquet. Proprium ei nomen fuit Abu Nasr Meimun, vel, quod Abulfaradschio, qui in libro suo Kitab alagani totam ejus exposuit genealogiam, magis probatur, Abu basir Meimun. Ascha, اعشى, quo inclaruit cognomine, significat nyctalopem, i. e. qui dubia luce nihil cernit. Illustrem habuit ortum de gente Rabiah, ex qua una omnium Arabicarum plurimi præstantissimique poetæ exstiterunt. Hinc enim Mohalhel avunculus Amrulkeisi, hinc Tharafah et Alharets ben Hilissa, alios complures ut omittamus *b*). Pater ejus Kais ben Djandal Katil aldjaua, قتيل الجوع, ex hoc cognominatus est, quod speluncam quandam umbræ captandæ caussa ingressus, saxo prolapso, ab exeundo interclusus fame periit. Kadarita vero noster vocatus est, quia doctrinam de libero arbitrio, quod القدر Arabes appellant, amplexus esset, traditam ei, ut ferunt, Hiræ a Christianis, quos vini emendi caussa frequentius convenisset.

---

a) V. c. De Sacy Chrest. Arab. T. II. pag. 471 ed. alt. Fundgr. des Orients T. V. pag. 1. Encyclop. von Ersch und Gruber Lipsiæ 1821 P. V. pag. 51.

b) Vide Darstellung d. Arab. Verskunst von Freytag pag. 380.

Nundinæ Okkadenses, in quibus illustrissimi Arabum vates carmina sua recitabant, quotannis æmulandi gratia aditæ, magnam ei ingenii atque artis famam pepererunt. Ad quos coetus obeundos cum aliquando profectus esset, *c*) Mohallek quidam, genere nobilis et filiarum dives, ceterorum vero bonorum pauperrimus, svadente, ut ferunt, uxore, obviam ei in itinere processit, ad aliena hospitia ne diverteret, ad sua invitans. Cui cum se facilem dedisset, Mohallek unico, quem habebat, camelo mactato, optima ei frusta cum vino apposuit, adstantibus filiabus, blandissimo vultu gratiam advenæ captantibus. Interrogante igitur Ascha, quænam virgines illæ essent, fratris tui Mohallek, inquit pater, octo filiæ sunt, quarum vix ulla, quæ non matura viro. Discessit deinde Ascha, ne versu quidem hospitem remuneratus. Vix vero ad nundinas illas etiam Mohallek pervenerat, cum, circumstante magna hominum turba, se suamque libertatem summis ab Ascha laudibus efferri audivit. Mutua salutatione facta, Ascha, iterum ad coronam illam conversus, ecquis inter vos, magna ait voce, o cives, qui uxorem, illustri loco ortam, filio ducendam cupiat. Quæ provocatio eum successum habuit, ut priusquam inde discederet Mohallek, omnes suas id ætatis filias in honestissima matrimonia videret collocatas.

Ut vero noster multos humanitate sua et amoenitate versuum cepit, ita alios, quorum vitia et facinora iisdem perstrinxisset, inimicissimos sibi reddidit, sæpeque parum abfuit, quin vim et vindictam horum graviter experiretur. Sic nescio quis de gente Kalb, Aschæ hac de re infestissimus, Arabes quosdam, cum quibus, ignorante illo, poeta pernoctabat, hostiliter adortus, nonnullos eorum, et inter hos Ascham, captivos fecit. Quibuscum domum revertens cum ad Schoraihum filium Schamuelis in itinere pervenisset, hic, Ascham propius aggressus, liberalitatem fidemque patris pulcherrimis ab eo versibus prædicari audivit. Expetito igitur impetratoque captivo libertatem Schoraihus restituit, addito, sed frustra, voto, ut commodiore vita fruiturus apud illum aliquantum commoraretur. Nam Ascha non sine caussa veritus, ne omnia ad indefessi inimici aures cito deferrentur, insidiis hujus, jam certioris facti, qua celerrime potuit via, se eripuit. Neque tum solum, sed etiam aliis temporibus gravissima vitæ pericula, vel liberorum opera, effugit.

---

c) Conf. De Sacy l. c. Darstellung d. Arab. Versk. von Freytag pag. 375.

Fuit autem Ascha non is, qui gratuito caneret. Jam enim illis temporibus divina ars quæstui haberi coepta est, cum primis nobilioribus rationibus ductam et impulsam credamus. *d*) Sic Nabega, illustrissimus Arabum poeta, clarus fuit aureis illis argenteisque vasibus, quibus, pro versibus suis acceptis, in jactationem mensam quotidie onerabat. Ascha vero, ut aliorum in eum liberalitatem reticeamus, a Persarum rege, etiamsi carmina ejus minus arrisissent, muneribus vere regalibus ornatus est. Quæ ingenii et artis præmia cum nonnumquam morarentur, admonere eorum illos, qui deberent, minime dubitavit. Exacto hac via ab Asvado canendi pretio, cum, multo ære, ture et vestibus onustus, ne in latronum potestatem veniret, valde timeret, fidei Alkamæ, Allathæ filii, se commisit. Qui cum ab hominibus et dæmonibus se eum defensurum promisisset, a morte vero negasset, Ascha indignatus gravi eum satyra perstrinxit. Amirum vero Tofaili filium, qui etiam hoc in se suscepisset, ut eum morti eximeret, (sposponderat enim, si, se tuente, occubuisset, pretium sanguinis familiæ ejus soluturum), eleganti poemate in coelum extulit.

Ascha, ætate jam provectus, ad Islamismum, recens ortum, transire in animum induxit. Carmine igitur in laudem Mohammedis contexto, in viam se dedit ipsum aditurus. Koreischitæ vero veriti, ne auctoritate sua rei Mohammedis prodesset, medio in itinere detentum a proposito studuerunt absterrere, monendo esse, quæ ipse vehementer amaret, ille vero graviter interdiceret. Interroganti quænam responsum est: venus, alea, fenus et vinum. Tum ille, quod ad venerem, inquit, attinet, de ea non laboro. Non enim ego illam, sed illa me jam deseruit. Quod alea me prohibebit, haud scio, an alio oblectamento hanc mihi compensaturus sit jacturam. Fenore nihil neque dedi, neque umquam occupavi. Vino denique mihi denegato, aquam, quam Mihræ reliqui, potum revertar. Dissuadendo igitur cum nihil profecissent, centum ei dederunt camelos, ea conditione, ut exitus rerum exspectaturus iter suum ad Mohammedem in annum differret. Camelis receptis Ascha in patriam rediit. Cum vero ad locum Manfuha dictum pervenisset, ex camelo, quo vehebatur, prolapsus anno Hegiræ sexto vel septimo diem obiit supremum.

---

d) Videsis Darstellung d. Arab. Versk. pag. 379.

II.

Contulit non parum ad laudem celebritatemque Aschæ, quod ea floreret ætate, qua, sive facultatem artis sive honorem respicias, auream poesis Arabicæ merito dixeris. Subsecuta est mox ea, qua, novato sacrorum cultu, et auctoritas poetarum et virtus summo celeriter gradu dimota est. Occisis enim nonnullis, ejectis in exsilium aliis, reliqui, veteris dignitatis obliti, elogia impostoris canendo vitam et victum meruere. *e*) Quid, quod Lebidus ipse, septem illorum, quorum Moallakas sera admirabitur posteritas, ætate, non ingenio, minimus, ad sacra Islamitica transgressus, veteri arte et laude despecta, nihil non sublime, divinum et omnibus numeris absolutum in rudi illa indigestaque mole Korani invenisse se confessus est *f*). Cui quidem judicio posteri Arabum poetæ ita assensi sunt, ut ab antiqua illa simplicitate et elegantia recedentes monstrosum quoddam, informe, nec a Korani abhorrens, fingendi comparandique genus poematis suis inferrent. Neque hæ solæ fuere rationes, cur in ista rerum rerum omnium permutatione ars illa divina inter Arabes et negligentius tractari, et minoris haberi, coepta est. Prævalebant jam alia studia, aliæ artes et consilia apud populum, qui nomadica et idyllica vita haud amplius contentus, fanatico furore percitus, arma sua et sacra toti terrarum orbi inferre cupiebat. Noster vero, ut diximus, ante obiit, quam vis illa et impetus eo usque processerat. Qualis vero quantusque fuerit, vel ex eo judicarc licet, quod cum Arabs quidam, judicio et doctrina insignis, interrogaretur, cui ex patriis poetis palmam deferret, Amrulkeiso, inquit, cum irascitur, Nabegæ cum metuit, Sohairo cum desiderio tabescit, Aschæ cum gaudio exsultat. Neque laudem illam nimiam putabit, quicumque hoc ingenii ejus monumentum attentius inspexerit. Nihil enim in eo anxii, nihil quæsiti, nihil quod impetum et ardorem animi moretur. Ac primum quidem, more temporum illorum, claris et vividis coloribus venustates amatæ puellæ depingit, tenerrimosque ei sensus et affectus exhibet, non sine curis quibusdam et desideriis, nec majoribus tamen, quam ut aliquid de ceteris voluptatibus et ausis suis adjungat. Deinde ad graviora conversus rapidam tempestatum et undarum vim tamquam ante oculos ponit. Denique ad fortitudinis laudes, quodque unusquisque Arabum maxime sibi injunctum putat, injuriarum ulciscendarum studium commendandum pro-

---

e) Darstellung d. Arab. Versk. pag. 376 et seqq.
f) Michaelis Arab. Gramm. Vorrede, pag. XXXVIII.

vehitur. Etenim hæc tria in poematis Arabum fere dominantur, grata inter se pugna amantium, vehemens elementorum et cruenta tribuum, acceptas invicem injurias ad internecionem usque vindicantium. Mirari quidem licet carmen tot virtutibus ornatum, neque ulla fere re Moallakis illis inferius, in harum tamen numerum non receptum fuisse, quamquam a nonnullis, ob sæculum et dignitatem, illis adnumerari soleat. Si vero cogitaverimus de septem illis, quæ in templo Kaaba suspensa fuisse narrantur carmina, multum ambigi posse, utrum revera ibi suspensa fuerint, an solum, quæ suspenderentur, digna habita, tum an plura fuerint, vel incuria notantium prætermissa, vel aliquo casu, ante quam notarentur, direpta, admirationis illius forsan plurimum peribit.

Insignitur hoc poema, perinde ac ipsæ Moallakae, Kasidae nomine, quod in longiora solum quadrat. *g*) Metrum, quo confectum est, vocatur ab Arabibus بسيط *h*) constatque ex pedibus مستفعلن et فاعلن quater in hunc modum repetitis:

— — ◡ — — ◡ — — — ◡ — — ◡ —
— — ◡ — — ◡ — — — ◡ — — ◡ —

Cujus quidem metri tria sunt genera, اعاريض, generum vero sex species, ضروب. Species prima primi generis, ad quam nostrum poema referendum, ultimum habet utriusque hemistichii pedem in anapæstum conversum. Possunt præterea ceteri pro lubitu mutari pedes, ut amphimacer in anapæstum, tertius vero epitritus, quemcunque tenuerit locum, in diiambum, choriambum et pæonem quartum. Similiter denique exeunt totius poematis versus, itemque hemistichia versus primi, id quod Kasidarum proprium observavit Jones. *i*)

Cum denique viri doctissimi hoc sibi plerumque concessum voluerunt, ut, quocumque placuisset, metro peregrina carmina vernaculis redderent, eandem nos ipsos speravimus facillime impetraturos veniam, præsertim cum persuasum esset, ex formæ imitatione bene accurateque vertendi laudem non pendere, imo impediri nonnumquam ab ea, diversis linguis diversis versuum generibus facilius se accommodantibus. Elegimus autem, nec sine auctoritate, tetrametrum trochaicum catalecticum.

In carmine Arabico exarando contextum Cl. De Sacy, qualis in Chrestomathia ejus Arabica exstat, secuti sumus.

g) Vide Comment. Poes. Arab auct Jones pag. 66. Darstellung. d. Arab. Versk. pag. 135 et 374. De Kasidarum forma atque natura conferas præterea Amrulkeisi Moallaka Arab. et Sueth. Præs. Cl. Prof. B. M. Bolmeer.

h) Conf. Darstellung d. Arab. Versk. p. 132 et 189. De Sacy Gram. Arab. T. II, p. 631.

i) Conf. præt. Gram. Ar. citatam T. II. pag. 660.

Sång af Ascha Meimun Son af Kais, Son af Djanbal.

1. Säg farväl då åt Horaireh, tåget bryter redan opp,
Men, o arme! har du styrka till att säga ett farväl?

2. Hvit är pannan, yppigt håret, glänsande dess tänders rad,
Och hon går så lätt som gångarn rädd om skadad hof i dy'n.

3. Hennes gång är, när hon kommer ifrån sin granninnas tält,
Sväfvande som sky'ns derofvan, icke långsam, icke snabb.

4. Ifrån hennes rika smycken, när hon rör sig, klingklang hörs,
som vid vindens spel med fröen i en mognad Ischriksfrukt.

5. Hon är icke den hvars åsyn grannarne med ängslan sky,
ty de se ej henne spana sina hemligheter opp.

6. Nära hon af vekhet dignar, samlar hon ej all sin kraft,
då hon uppstår för att skänka sina vänner ett besök.

7. När hon leker med en syster blott en stund, blir hon så matt,
och en skakning henne fattar genom merg och genom ben.

8. Full om barmen, smärt om midjan, sedan svällande på nytt,
är hon nära vid hvart famntag till att brytas mittutaf.

9. Säll den man, som fint belefvad och af vällukt genomträngd
får i ljufva famnen dela hennes bädd en kulen stund.

10. Vaggande på fulla länder, vekligt fostrad, rund om arm
för hon foten lika varligt, som den sko af törne bar.

11. När hon reser sig, så breder muskus ut sitt rika doft,
och den röda zanbak ångar från dess ärmar vidtomkring.

12. Ängen sjelf, som midt bland sandfält står så lefvande och grön,
sen dess botten blifvit vattnad ymnigt utaf vattnets flod,

13. Och som täflande med solen lifligt strålar re'n och ler
i sitt rika sommartäcke, i sin fulla blomsterskrud,

14. Öfvergår dock ej Horaireh uti fägring och behag,
uti ljufva ångors vällukt, vid en helsad aftonstund.

15. Af en slump min låga tändes, men Horaireh brinner blott
för en man, som ej för henne, men för annan kärlek När.

16. Honom älskar dock en tredje, som blott röna får hans köld,
men som sjelf åt döden offrar en förälskad anförvandt.

17. Äfven jag har älskarinna, som dock icke är för mig;
och så har olycklig kärlek blifvit en gemensam lott.

18. Hvar af oss är när och fjerran offer för sin dyrkans mål,
sjelf i samma boja fjettrad, hvari han en annan lagt.

19. Från oss vänder sig Horaireh, talar icke till oss ord;
vet nu modren till Kalid ej hvem hon skall sig sluta till,

20. Eller hon i Ascha finner blott en halfblind, offer för
tidens bittra hån och för ett oblidt ödes grymma lek.

21. När jag kom att henne finna, skrek Horaireh mig emot:
Ve mig för dig, o du stygge, mig du störtar i förderf!

22. Men jag inföll: ser du icke, hur jag kommer utan skor,
ty så är mitt bruk att vandra, än i skor, än bar om fot.

23. Dertill vet jag gripa stunden af din herres sorglöshet,
och tar han sig än till vara, undgår han ej mitt försåt.

24. Sjelfva kärleken jag leder, denne följer mina fjät,
och till sällskap har jag hvarje glad och lustig kärleksgäck.

---

25. Sjelf jag vandrat mången morgon till ett vinhus, troget följd
af en kock så flink, så hurtig och så färdig till min tjenst,

26. Midt bland ynglingar, som fina som ett Indiskt svärd, dock se
att ej slughet nånsin skyddar emot mästaren deri.

27. Der jag satt, jag dem bestridde grenarna af basilik
och det skarpa, ljufva, vinet, på en flaska aldrig torr.

28. När de druckit, druckit åter, kommo de sig aldrig för
från sitt rus, som jemt fann näring, utan för att ropa: mer.

29. Vinet räckte dem en munskänk, som med öronhängen prydd
och med rocken högt uppskörtad sysslade förutan rast.

30. Vid hans svar du skulle tro dig höra ljud af en guitarr
knäppt till sång af någon tärna uti vårdslös hvardagsdrägt.

31. Ofta kommo till oss flickor, hvilka drogo sida släp,
och de fulla läglar hade hängande åt höften ned.

32. Ja, jag minnes än med glädje hvarje dag jag tillbragt så,
ty till lifvets skola hörer fortsatt lust och kärleksglam.

---

33. Denna staden tom och öde, naken liksom sköldens rygg,
och kring hvilken man om natten andars hemska tassel hör,

34. Och som ingen djerfs besöka, knapt den ljusa sommardag,
utom de, som lugnt och varligt se sig kring vid hvarje steg;

35. Den har jag igenomfarit på en tröttad honkamel,
rasen, gången, knänas bildning fäste likväl kännarns blick.

---

36. Lemnom detta: Ser du molnet? Sjelf jag denna långa natt
det betraktat, liksom lågor fara blixtar vid dess rand.

37. Se dess släp, dess tjocka gördel, der ej flamman mera släcks,
se dess rika strömmar störta ifrån alla kanter ned!

38. Ingen njutning slet mig från det, sen mitt öga föll derpå,
ej den glädje vinet skänker, ej allvarliga bestyr.

39. Till de drinkare i Dorna, redan yra, sade jag:
sen hvar regnet tar! men huru skall en drucken kunna se?

40. Svaret blef dock: digra molnet redan öfversköljt Nemar,
Batnalkhal och Asdjadija, liksom Ridjal och Abla.

41. Safh, Khinzir med Borka simma redan i dess vida flod,
under det att berg och kullar piskas våldsamt af dess slag.

42. Lastade med vattenmassor svigta under bördans tyngd
Raudhalkata och de lösa Ghinas höjder utaf sand.

43. Härjarns mål stå re'n i fjerran våra öfversvämda hus,
öfvergifna utaf hästars och kamelers rädda flock.

Notæ.

Vers. 1. Horaireh, cujus amore captus poeta, serva fuit in potestate Hassani Amro nati, a quo Kaiso, Habano filio, dono data est. Huic quod filium peperisset Khalid, a poeta etiam mater Khalidi appellata est. Sunt tamen, qui putent Horaireh et Khalideh sorores fuisse, servas Baschari, Amri filii, quas Hira profugus Jemamam secum duxerat. Et voce et forma Horaireh præstitisse dicitur. Conf. Sacy Chrest. Arab. T. II. pag. 472 et 480. Fundgr. des Or. T. V. pag. 12.

V. 3. Ischrik frutex est cubitalis, legumina ferens, in quibus semina arefacta ventis agitantibus crepitant. Conf. Sacy Chr. Arab. et Fundgr d. Or. Golius hoc vocabulum reddit Circæa, Freytagius vero Forskálium secutus Cassia. Conf. Flor. Aegypt. Arab. pag. CXI et 86, cent. 3, n:ris 61 et 62.

V. 6. Haud infrequens est Arabibus loquendi mos verbis præpositiones subjungere, quæ, nisi aliud interseratur cogitatione verbum, sensum integrum non exhibebunt. Videtur igitur quod adest verbum, præter suam, etiam omissi significationem quasi assumere; quo observato, omnia interpretatu facilia. Tales ellipses, neque raræ omnino neque longius petitæ, fervidum celeremque cogitando Arabum animum indicant. Cujus quidem ellipsis exemplum hic offert versus, in quo verba illa تقوم الى eandem involvunt significationem, ac si scriptum esset: تقوم وتتقدّم الى. Conf. Sacy Gram. Ar. T. II. pag. 119.

V. 8. Vocabulum illud تأتّى, nisi id ad subjectum المخصر relatum malis, scriptum est pro تتأتّى, ت characteristico, compendii caussa, abjecto. Videsis Sacy. Gram. Ar. T. I. pag. 456. Rosenmüller Institut. CLVIII. 3.

V. 11. Zanbak nomen est plurimis herbis commune. Forskâlius iridi hoc et lilio albo tribuit. Confer. Flora Aegypt. Arab. pag. LIX et CIX. cent. 1 n:ro 32. Observatum est a commentatoribus rubri illius vatem hoc loco meminisse, quod pretiosissimum id genus ex hoc colore aliquid traheret.

V. 12—14 Locus sane difficillimus, præsertim si, versuum ordine retento, verbum pro verbo reddere velimus. Cl. De Sacy, qui poema Aschae bis transtulit, hic nonnihil sibi ipse discrepat. In ea enim versione, quæ laudato illo opere Fundgr. des Or. continetur, perinde hos versus reddit, ac si

odoris tantum suavitate puella cum prato esset comparanda, in altera vero, quam Chrestomathia ejus Arabica exhibet, comparatio hæc non odorem solum, sed etiam pulchritudinem respicit. Cujus quidem discriminis hoc solum, ut opinor, est caussæ, quod vocabulum illud ultimi hemistichii باحسن ita collocatum sit, ut non satis liqueat, utrum una cum voce باطيب ad odorem referendum sit, an disjunctum ab illa pulchritudinis notionem proprie tueatur. Vox كوكب, quæ stellam proprie significat, dicitur etiam de potiore et eminentiore parte cujuscunque rei. Hoc vocabulum, et quod ei additur, adjectivum شرق sic illustrarunt commentatores: كوكب كل شيء معظمه والمراد به الزهرة...والشرق الريّان. Nos quidem in duobus illis verbis reddendis majore usi sumus libertate.

Laborant denique hi versus vitio, quod تتميم, vel تضمين, vocatur. Adest vero in quolibet versu ita comparato, ut, nisi a sequenti vel sequentibus, (nam per plures interdum continua illa imperfectio), aliquid mutuatus fueris, nullus omnino eruatur sensus. Frequentior hæc in soluta oratione suspensio, in ligata rarior, præsertim apud Orientales. Confer. Darstellung d. Arab. Verskunst pag. 332.

V. 19. In libro illo sæpius laudato Fundgr. d. Orients, De Sacy commentatores secutus ultima hujus versus verba ita reddit, ut interrogationem, cum admiratione quadam propositam, exhibeant. In Chrestomathia vero eadem verba cum vocabulo جهلا vertendo conjungit, id quod nobis etiam videtur aptius.

V. 21. Vocabulum illud زآئر est accusativus adverbialis, ad genus, quod حال ab Arabibus vocatur, referendum. Cujus quidem cum sit proprium semper sensu indeterminato adhiberi, credit Cl. De Sacy non nisi licentia poetica factum esse, ut pronomen huic accusativo affigeretur. Caussam affert, quod vocabulum unumquodque, cum definito per regimen conjunctum, ipsum definiatur. Pro زآئرها scribendum igitur putat زآئرا لها vel زآئرا إيّاها. Conf. Sacy Gram. Arab. T. II. pag. 270, Chrest. Arab. T. II. pag. 483 et seq. Ego vero haud scio, an hæc alia ratione liceat interpretari. Pronomina enim, quæ participiis affixa, vulgo possessiva nuncupantur, pari tamen jure pro accusativis possunt haberi. Hoc vel ex eo apparet, quod participio, pronomen primæ personæ regenti, sæpissime adhæret suffixum نى, accusativo soli exprimendo inserviens. Conf. Sacy Gram. Ar. pag. 184. Participium denique, de quo hoc loco agitur, tempus futurum indicat, itaut in significatione ipsa nihil est, cur

illud in statu constructo credamus positum. Si igitur vocabulum زَآئِرُ sibi affixum pronomen in accusativo regit, ipsum indeterminatum maneat necesse est.

V. 26. Rationem haud attulit poeta, quare juvenes cum gladiis Indorum compararentur. Cl. De Sacy suspicatur illum ante oculos habuisse gracilem juvenum staturam; nos vero potius credimus ingenii acumen comparandi ansam præbuisse. Stabilitur quidem hæc nostra conjectura hemistichio sequenti. Neque eam non affirmat ingenii illud et linguæ certamen, quod cum illis se iniisse versu proximo meminit vates. Denique utri harum opinionum assensus fueris, vocabulum *fina,* quo Arabicum transtulimus, haud ineptum videbitur.

V. 27. Fuere qui crederent ramis basilicæ et aliarum herbarum bene olentium poetam, jucundas atque facetas narrationes voluisse intellectas. Scite putat Cl. De Sacy hunc locum ex more Græcorum illustrari, qui poemata Homeri recitantes, vel versus Stesichori, Simonidis aliorumque poetarum celebrium inter coenam canentes laureos et myrteos ramusculos in manibus tenere solebant. Conf. Chrest. Ar. De basilica igitur certando de verba faciendi potestate re vera certatum est.

V. 28. Præpositio illa ب, quæ nomini in genitivo collocato proprie præfigeretur, hoc loco ipsi verbo est præposita. Quam quidem construendi rationem si per ellipsim velis explicatam, haud inepte eam vocabulo قَائِلِين, vel alio ejusmodi, supplebis. Conf. Sacy Gram. Ar. T. II. pag. 216 et seq. Vocabulum هات imperativus est conjugationis tertiæ; quæ vero radix sit, inter lexicographos non satis convenit. Alii ad أَتى, alii ad هتى, nonnulli denique ad عطا illud volunt referendum. Conf. Sacy Gr. Arab. T. I. pag. 256.

V. 35. Confitetur Cl. De Sacy se in libro Fundgr. d. Or. perperam vocabulum فتل reddidisse. In Chrestomathia Arab., quo continetur, hemistichium sic explicat: et dont les genoux, tournés en dehors et écartés du corps attestent à l'observateur attentif sa force et sa vigueur. Freytagius hanc vocem ita vertit, ut dicat significare *divaricationem inter duos cameli cubitos, quæ accidit ob intercedens pectoris callum, cui incumbit.*

Ob temporis et loci angustias, plures, quæ ad prioris hujus partis versus illustrandos pertinerent observationes, omisimus, in posteriore, si tulerit occasio, exhibendas.

٣٦ بَلْ هَلْ تَرَى عارِضًا قد بِتُّ أَرْمُقُهُ
كَأَنَّمَا البَرْقُ فى حافاتِهِ الشُّعَلُ

٣٧ لَهُ رِدافٌ وَجَوْزٌ مُفْأَمٌ عَمِلٌ
مُكَلَّلٌ بِسِجالِ المآءِ مُتَّصِلُ

٣٨ لَمْ يُلْهِنِى اللَّهْوُ عَنْهُ حِينَ أَرْقُبُهُ
ولا اللَّذاذَةُ مِنْ كَأْسٍ ولا شُغُلُ

٣٩ فَقُلْتُ لِلشَّرْبِ فى دُرْنا وقد ثَمِلُوا
شِيمُوا فكيف يَشِيمُ الشّارِبُ الثَّمِلُ

٤٠ قالوا نِمارٌ فَبَطْنُ الخالِ جادَهُما
فالعَسْجَدِيَّةُ فالأَبْلآءُ فالرِّجَلُ

٤١ فالسَّفْحُ يَجْرِى وخِنْزِيرٌ وبُرْقَتُهُ
حَتَّى تَدافَعَ منه الرَّبْوُ والجَبَلُ

٤٢ حَتَّى تَحَمَّلَ منه المآءَ تَكْلِفَةً
رَوْضُ القَطا فَكَثِيبُ الغِينَةِ السَّهِلُ

٤٣ يَسْقِى دِيارًا لنا قَدْ أَصْبَحَتْ غَرَضًا
زَوْرًا تَجانَفَ عنها القَوْدُ والرَّسَلُ

٢٨ لَا يَسْتَفِيقُونَ مِنْهَا وَهْيَ رَاهِنَةٌ
إِلَّا بِهَاتِ وَإِنْ عَلُّوا وَإِنْ نَهِلُوا

٢٩ يَسْعَى بِهَا ذُو زُجَاجَاتٍ لَهُ نُطَفٌ
مُقَلَّصٌ أَسْفَلُ ٱلسِّرْبَالِ مُعْتَمِلُ

٣٠ وَمُسْتَجِيبٌ تَخَالُ ٱلصَّنْجَ تَسْمَعُهُ
إِذَا تُرَجِّعُ فِيهِ ٱلْقَيْنَةُ ٱلْفُضُلُ

٣١ وَٱلسَّاحِبَاتُ ذُيُولَ ٱلرَّيْطِ آوِنَةً
وَٱلرَّافِلَاتُ عَلَى أَعْجَازِهَا ٱلْعِجَلُ

٣٢ مِنْ كُلِّ ذَلِكَ يَوْمٌ قَدْ لَهَوْتُ بِهِ
وَفِي ٱلتَّجَارِبِ طُولُ ٱللَّهْوِ وَٱلْغَزَلُ

٣٣ وَبَلْدَةٍ مِثْلِ ظَهْرِ ٱلتُّرْسِ مُوحِشَةٍ
لِلْجِنِّ بِٱللَّيْلِ فِي حَافَاتِهَا زَجَلُ

٣٤ لَا يَتَنَمَّى لَهَا بِٱلْقَيْظِ يَرْكَبُهَا
إِلَّا ٱلَّذِينَ لَهُمْ فِيمَا أَتَوْا مَهَلُ

٣٥ قَطَعْتُهَا بِطَلِيحٍ جَسْرَةٍ سُرُحٍ
فِي مِرْفَقَيْهَا إِذَا ٱسْتَعْرَضْتَهَا فَتَلُ

٢١ قالَتْ هُرَيْرَةُ لَمّا جِئْتُ زائِرَها
وَيْلي عَلَيْكَ وَوَيْلي مِنْكَ يا رَجُلُ

٢٢ أَمّا تَرَيْنا حُفاةً لا نِعالَ لَنا
إِنّا كَذَلِكَ ما نَحْفى وَنَنْتَعِلُ

٢٣ وَقَد أُخالِسُ رَبَّ البَيْتِ غَفْلَتَهُ
وَقَد يُحاذِرُ مِنّي ثُمَّ ما يَئِلُ

٢٤ وَقَد أَقُودُ ٱلصِّبَى يَوْمًا فَيَتْبَعُني
وَقَدْ يُصاحِبُني ذُو الشِّرَّةِ ٱلْغَزِلُ

٢٥ وَقَد غَدَوْتُ إِلى الحانُوتِ يَتْبَعُني
شاوٍ مِشَلٌّ شَلُولٌ شُلْشُلٌ شَوِلُ

٢٦ في فِتْيَةٍ كَسُيُوفِ الهِنْدِ قَدْ عَلِمُوا
أَنْ لَيْسَ يَدْفَعُ عَنْ ذِي ٱلْحِيلَةِ ٱلْحِيَلُ

٢٧ نازَعْتُهُمْ قُضُبَ ٱلرَّيْحانِ مُتَّكِئًا
وَقَهْوَةً مُزَّةً راوُوقُها خَضِلُ

١٤ يَوْمًا بِأَطْيَبَ مِنها نَشْرَ رائِحَةٍ
وَلا بِأَحْسَنَ مِنها إذْ دَنا الأُصُلُ

١٥ عُلِّقْتُها عَرَضًا وعُلِّقَتْ رَجُلًا
غَيْرِى وعُلِّقَ أُخْرَى غَيْرَها الرَّجُلُ

١٦ وعُلِّقَتْهُ فَتاةٌ ما يُحاوِلُها
ومِنْ بَنِى عَمِّها مَيْتٌ بِها وَهِلُ

١٧ وعُلِّقَتْنِى أُخَيْرا ما تُلائِمُنِى
فَاجْتَمَعَ الحُبُّ حُبٌّ كُلُّهُ تَبِلُ

١٨ فَكُلُّنا مُغْرَمٌ يَهْذِى بِصاحِبِهِ
ناءٍ ودانٍ ومَخْبُولٌ ومُخْتَبِلُ

١٩ صَدَّتْ هُرَيْرَةُ عَنّا ما تُكَلِّمُنا
جَهْلًا بِأُمِّ خُلَيْدٍ حَبْلَ مَنْ تَصِلُ

٢٠ أَأَنْ رَأَتْ رَجُلًا أَعْشَى أَضَرَّ بِهِ
رَيْبُ المَنُونِ ودَهْرٌ مُفْنِدٌ خَبِلُ

٧ إذا تلاعبُ قِرْنًا ساعةً فَتَرَتْ
وَٱرْتَجَّ مِنْهَا ذَنُوبُ ٱلمَتْنِ وٱلكَفَلُ

٨ صِفْرُ الوِشاحِ ومِلْءُ الدِّرْعِ بَهْكَنَةٌ
إذا تَأَتَّى يَكادُ الخَصْرُ يَنْخَزِلُ

٩ نِعْمَ الضَّجِيعُ غَداةَ الدَّجْنِ يَصْرَعُها
لِلَذَّةِ المَرْءِ لا جافٍ وَلا تَفِلُ

١٠ هِرْكَوْلَةٌ فُنُقٌ دُرْمٌ مَرافِقُها
كَأَنَّ أَخْمَصَها بِالشَّوْكِ مُنْتَعِلُ

١١ إذا تَقُومُ يَضُوعُ المِسْكُ أَصْوِرَةً
وَالزَّنْبَقُ الوَرْدُ مِنْ أَرْدانِها شَمِلُ

١٢ ما رَوْضَةٌ مِنْ رِياضِ الحَزْنِ مُعْشِبَةٌ
خَضْراءُ جادَ عَلَيها مُسْبِلٌ هَطِلُ

١٣ يُضاحِكُ الشَّمْسَ مِنها كَوْكَبٌ شَرِقٌ
مُؤَزَّرٌ بِعَمِيمِ النَّبْتِ مُكْتَهِلُ

قصيدة الاعشى ميمون بن قيس بن جندل

١ وَدِّعْ هُرَيْرَةَ إِنَّ ٱلرَّكْبَ مُرْتَحِلُ
وَهَلْ تُطِيقُ وَدَاعًا أَيُّهَا ٱلرَّجُلُ

٢ غَرَّاءُ فَرْعَاءُ مصقُولٌ عَوارِضُها
تَمْشِي الهُوَيْنا كما يَمشِي الوَجِي الوَحِلُ

٣ كَأَنَّ مِشْيَتَها مِنْ بَيْتِ جارَتِها
مَرُّ ٱلسَّحابَةِ لا رَيْثٌ وَلا عَجِلُ

٤ تَسْمَعُ لِلْحَلْيِ وَسْواسًا اذا انصَرَفَتْ
كما استَعانَ بِريحٍ عِشْرِقٌ زَجِلُ

٥ ليسَتْ كمَنْ يَكْرَهُ ٱلجيرانُ طَلْعَتَها
ولَا تَراها لسِرِّ الجار تَخْتَتِلُ

٦ يَكادُ يَصْرَعُها لولا تَشَدُّدُها
اذا تَقومُ الى جاراتِها الكَسَلُ